



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Docere, Doctor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

12 Facto diuortio, filij partem innocentem sequuntur, de Iure Ciuili.

Addit. 3 Vir innocens adulteram vxorem priuata auctoritate domo pellere potest, si ipsa non sit iudicem aditura, & scandalum non immineat, potest certè abeuado illam deserre. *Sot. d. 36. q. vii. art. 3. in fine.*

In causa diuortij vir, & vxor sunt pares. *Christiana 32. q. 5.*

Peccatum contra naturam est vna ex causis diuortij. *S. Th. add. ad 3. p. q. 62. art. 1. ad 4. Led. ibid. etiam apud Turcas teste Augerio Gisleonio Busbequio legationis Turcicę Episcopi.*

## DOCERE DOCTOR.

1. **D**OCTORUS etiam Grammaticam, debet prius facere fidei professionem, iuxta Bullam Pij Quinti, itemque promouendus ad gradum aliquem, aut Rectoris, aut Cancellarij officium.

\* De Doctorum peccatis vide *Nau. c. 25. l. 2. nu. 55.*

2. Qui sciens se non esse idoneum, gradum Doctoris, aut Licentiati petit in Theologia aut Iure, aut Medicina, mortaliter peccat, & qui scienter admittit.

\* Vide *Syl. Doctor. q. 4. Nau. l. c.*

Qui scienter 3 Vide *Fu. Doctor. 1. Syl. l. c. Nau. l. c. nu. 57.*

3. Gradus datus apertè sufficienti, sine examine.



mine, aut alio requisito, validus est, potest-  
que talis licetè vti.

\*Vide Panor. in c. Constitutus il secondo de ap-  
pell. nu. 4. & c. nullus il secondo 24. d.

4 Docturus scripturâ Regularis extra Clau-  
strum, prius est per ordinarium approbâdus.

Ex Conc. Trid. sess. 5. c. 1. de refor.

5 Pro licentia docendi non potest aliquid  
exigi. Vide c. 1. 2. & 3. de Magistris.

\*Cap. Quoniam c. Prohibeas, c. Quanto, de Magi-  
stris.

6 Et Presbyter, & Beneficiatus, possunt do-  
ctorari in Iure ciuili.

\*Non poterant tamen. Illud audire ca. Super  
specula, ne cler. vel mona.

7 Doctorare, seu gradum Doctoratus dare,  
posse Episcopum de Iure communi, quidam  
aiunt, alij negant; quod ego magis probo.

8 Ordo dignitatis Doctorum, iste est. Theo-  
logus, Canonista, Legista, Medicus.

\*Fam. l. c. 3. Syl. l. c. 2. Panor. in cap. Clericis de  
iud.

### Dolus, vide Culpa.

1. **D**olus est cum voluntate nocendi, scili-  
cet, machinatio fallax.

\*De Dolo, culpa iuridica, casu fortuito  
Mol. d. 293. De dolo in emptione, & venditio-  
ne idem d. 352. Syl. vers. culpa.

2. Lata culpa in conscientia non habetur

G 5 pro